 v̄sus orientē: de mōre vicez oliueti. et nō dicit q̄ ascē  
 derit in orientē. **T**el fm Honorii solitariū: hoc d̄t  
 quia ascēdit christus sup celū celi. i. sup oēs altissi  
 mos choros angeloz: ad orientē. v̄sq; ad dei patr̄  
 dexterā & equalitatē. a quo. s. deo patre ortū est ete  
 nū verbum p̄ qđ orat̄ sūt oia. **O**cce dabit vocē  
 sue. i. verbo p̄dicationis aploꝝ in quib⁹ vox christi  
 loquē. huic voci spiritus christi ipse christus da  
 bit vocem virtutis. i. potestatis in faciendis  
 miraculis pro confirmanda p̄dicationē fidei christi.  
**E**t etiā ch̄is in iudicio voci sue qua mortuos ad iud  
 dicium vocabit p̄ tubam dabit vocem virtutis. id  
 est potestatis in effectu opis resuscitādo mortuos  
 & dando s̄niā eterne beatitudinis p̄ bonis: ac s̄niā  
 eterne dānatiōis cōtra malos. **D**ate ḡliam deo  
 sup israel. i. regnanti. hoc est. **P** vos ch̄ifideles  
 ppter beneficia p̄dicia q̄ deus fecit vobis q̄ deus su  
 p̄ israel regnat: p̄ quē. s. p̄ israel notaꝝ populus ch̄i  
 stianus quasi deū videns in fide: vt patet etiā **R**oz  
 ma. q̄. quia israel deum videns interpretatur. **I**ma  
 gnificentia eius & virtus eius. id ē potestas  
 diuina in faciendis miraculis. **L**in nubibus. sup  
 ple clarescit quia sicut p̄ coruscationes: contrua ex  
 pluuias appetit magna potestas dei hominibus:

ita in spūalib⁹ nubibus. i. in apostolis: qui nub⁹ bus compans **Esa. lx.** Qui sunt hi qui vt nubes volant r̄c. Nam ex istis nubib⁹ pcesserūt coruscatores miraculor⁹: tonitrua p̄dicationū: et pluiae sapientie et gracie. Et p̄terea **Mirabilis deus in sanctis suis.** i. s. q̄a p̄ eos fecit multa miracula: cecos illuminando: mo: tuos suscitando: et p̄similia **de⁹ israel.** id est populi ch̄iani: vt tactum est s. **Ip̄e dabit virtutē.** i. potestate miraculorū et fortitudinis. s. constante in aduersis **plebi sue.** i. s. ch̄istiane. Ideo **b̄fidictus deus.** i. b̄dicat in doz his suis in secula seculoꝝ.

**Feria Quinta**

**Saluum me fac**

de⁹ r̄c. In hoc psalmo dauid agit de ch̄i passione ut se et in m̄bris ut ipsi fideles exemplo ch̄i patiēter tolerent aduersa: vt cum ch̄isti regnare valeant. Itaq; in persona h̄umanitatis ch̄isti loq̄tur patri di. **Saluum me fac deus.** No rogat vt omnino a passione preserueret. quia p̄ generis humani redemptione pati decreuerat. sed vt no duci in morte detineret: sed saluaret p̄ resuscitacionem statim tertia die r̄c. **qm̄ intrauerūt aque vsq; ad animā meā.** Per aquas h̄ significant tribulaciones p̄secutionis illate siue p̄sequentes populi. iuxta illud **Esa. viii.** Adducet sup eos domin⁹ aquas fortes et multas: regem assyrior⁹ r̄c. et sic dicit: **Intrauerūt s. p̄secutiones iudeor⁹ vsq; ad aīaz meā.** i. vsq; ad separationem anime a corpore. vt sicut aq; sumergant me et meos ch̄ianos pimedō. et animam id est vitam vel fidem in qua vivit aia de terra auferendo. **Infixus sum in limo profundū.** i. in terre p̄funditate. quia christus p̄ triduo mortis sive fuit in terre visceribus: eoꝝ fm anima fuit in limbo patrū. hoc est: in inferno qui credit esse circa centrum terre. et fm corpus iacuit in sepulcro. Item b̄ in persona m̄broꝝ ch̄i dicit: eoꝝ multi fideles ch̄isti martyres fuerūt inclusi in p̄fundis carceribus et non ē substancia. i. virtus sustinēdis naturaꝝ lis p̄ quam possim euadere mortem nisi tu salues. **Veni in altitudinem maris.** i. in p̄fundum tribulationis amare: que nomine aquarū designat: vt p̄tractum est **Let tempestas demersit me.** hoc est: ira et odium ac p̄secutionis iudeorum acerbitas in cruce demersit me in morte. **Laborans clamans.** i. in cruce: quando voce magna clamans expirauit **Rauce facte sunt voces mee.** i. Ma rauedo cauatur exlicitate humorū: fauicibus et arterijs. **Christus aut in passione m̄los humores**

emisit de corpore: vt patet i sanguineo sudore: in flagellatione: in spinee corone impositione: in manu et pedum trāfixione. Ideo raucefact⁹ fuit naturaꝝ liter. sed virtute divina portuit exclaimare: sicut et fecit in hora exhalatioꝝ. p̄ter qđ **Centurio vidēs q̄ sic clamās expirasset:** dixit: **Vere fili⁹ di erat iste r̄c.** **Defecerunt oculi mei.** i. quia p̄ lachrymas caudidissimas quas fudit in cruce: vt dicit **Heb. v.** p̄bile est q̄ visus caligavit: vt etiam dicit sanct⁹ **Nun-** dinus. **Cel:** defecerunt oculi mei. s. totaliter: quia in morte fuerunt extinci. **Dum spero in deū meū.** i. quia certitudinaliter expectabat gloriam sui corporis in resurrectione. **Quanticulati sunt super capillos capitū mei.** Hypbole est: ad designanda multitudinem p̄sequētiū. qui oderūt me gratias. i. sine causa: cui ex contrario deberet eu diligere. p̄ter bona multa que fecerat eis: veritatē docendo: sanitates donando: et sic de alijs. **Confortati sunt.** id est forti animo facit p̄tra me. **Qui p̄secuti sunt me inimici mei iniuste.** i. iudei inique me damnantes que no rapuit tunc exoluēbā. **Voc** dicit christi: quia tūc soluit penam p̄ rapina pomis veriti vel peccatis. **Adeq; christus non contrarerat.** **Deus tu scis insipientiam meā et delicta meā a te non sunt abscondita.** **Nota fm L** ram et doctores q̄ sepe p̄ter conexiōnem m̄brorū et capillis ch̄is in scriptura delicta populi dicit esse sua: a simili fm glo. acsi man⁹ vel pes dum aliquē offendit: tunc caput vel os p̄fitet offendit et p̄fit veniam. **Et q̄a ch̄is penam portauit satisfaciēdo.** Ideo illa fecit qđāmodo sua. **Sicut dum q̄s soli ut alterius debitu: illud facit suum qđāmodo:** vt cōiter dicitur. **Unde verbū hoc sub negatiō sensu intelligitur de christo.** Nec de se p̄prie dicit hoc christus. quia in ch̄i nulla potuit esse insipientia. sed ab instanti cōceptionis fuit plenus om̄oda sapientia. **Nec delicta habere potuit.** Sed ch̄is hec verba dicit in persona suoꝝ membroꝝ. sicut **Act. ix.** dicit: **Hau** le saule quid me p̄sequeris. i. mea membra: p̄ter cōexionem capitis ad m̄bra. **Sub sensu ḡnegatiō de christo exponit sic vius iste.** **Deus tu scis insipientiam meā.** hoc est: deus tu scis q̄ ego insipienter non eḡ: i. membra mea. i. homines egerint insipienter. **Et delicta ego non cōmisi: sed mea membra cōmiserunt:** que delicta no sunt a te abscondita. quia tibi omnia sunt apta. q. d. **Deus tu scis q̄ non pro mea culpa sed p̄ alioꝝ delicti patior talia: ut satisfaciām p̄ eis.** Unde sicut bō satisfaciens p̄ debitu alterius facit qđāmodo illud debitu esse suum: sic in p̄posito dicitur: **delicta mea: cum no sint sua: sed tūmō fm satisfactionē: quia ip̄e sacrificat pro eis.** Et notaꝝ ter addit: non sunt a te abscondita. **Et delicta eoz** qui ea abscondunt et non p̄fert: non suscipit christus in se ad satisfaciendū p̄ eis: sed sola ea que homo p̄fuit cōfiteret. **No erubescant in me qui** expectant te dñe dñe virtutū. **Hic ch̄is orat** pro sanctis patrib⁹ in limbo: salutē p̄ ch̄im cū mas

## Psalmus. LXVIII.

gnō desiderio expectantibꝫ. et ideo n̄ ad eos desē  
dēret ch̄: illus: eſſer eis magna erubescētia ⁊ cōſu  
ſio cum fruſtrarent ſpe ſua: et maxime p̄phetis qui  
talia p̄dixerant eſſe vētura. Quare autē ſic christus  
orat **N**ota ſim **L**y. in poſtil. ac **T**ho. iij. pre. q. xxij. q̄  
ch̄: ſomo ſic orat non q̄ dubitaret de futuro ſuo  
deſcenſu ad patres: ſed ut oſtentat in ſe veritatē  
humane nature in qua minor eſt patre. **I**do patrē  
exorat ſic. Quēadmodū ⁊ in ſuſtitatiōe Lazari quā  
tamen certitudinal' ſciebat eſſe futuraz: nibilo mi  
nus ſic orauit: ut patet **J**oan. xj. Item quā christ⁹  
homo ſcuit quedam eſſe fienda ⁊ a patre facienda  
međiane ſua oratione: Ideo cōueniēter ſic orat: ut  
nobis etiam orandi exemplū daret. **S**equit: **N**ō  
confundantur ſup me qui querūt te deus  
iſrael. **D**oc dixit pro diſcipulis qui confuſi fuſſ  
ſent inter iudeos de christo q̄ crediderunt in eo ſal⁹  
uari. ſez quia exp̄obrassent eos iudei de hoc ſi chriſ  
ſtus non rufurrexerat. Ideo orat dī. Non cōfudan  
tur. ſi diſcipuli mei: ſuper me. i. ſup confeſſione nos  
minis mei. ſed potius gloriēt Ŋ non erubescāt paſ  
ti pro me q̄ querūt te. ſevera fide de iſrael. i. populi  
christiani. **Q**uod factū eſt quando diſcipuli accepe  
runt ſpūmactū adeo gloriabāt in confeſſione nomi  
niſi christi q̄ gaudebāt pnomie **J**esu patri. **A**c. v.  
**Q**uoniā propter te ſuſtinui opprobriū. ſi.  
vitupy multiplicitis cum dicebant eum ſamaritaſ  
nū. hoc eſt: infideliem: ⁊ demonium babere: ⁊ bmoi  
**I**n ſup ⁊ opprobriū turpissime morti ſuſtinui in  
quit ppter te. i. ppter voluntatez tuam implendam  
**L**opuit conſuſio faciē meam. **I**quia cōſpuebat  
eius faciem ⁊ velantes pcuriebant dī. **P**ropheti a  
nobis quis eſt qui te peccat: falsum pphetaſ repu  
tantes ipm **L**u. xxij. **O**xtraneus factus ſuſ fra  
tribus meis. id eſt diſcipulis: quos christus vo  
cauit fratres: qui ipm tanq̄ extraneū reliquerunt  
fugientes: tanq̄ qui in pſperis eſt amicus ⁊ in ad  
uersis dserit. **L**et pegrinus filijs matris mee. **H**oc eſt iudeis filijs synagoge: cuius ⁊ ego filius ſuſ.  
quasi dī. **I**ta crudeliter me affixerunt aciſ ſuſſem  
peregrinuſ ⁊ non compatriota. **M**itius em̄ agitur  
cum cōpatriotis zc. **Q**uoniā zelus dom⁹ tue  
comedit me. i. amor reverentie ⁊ honoris dom⁹  
tue. me totū absorbuit ⁊ ſibi vendicauit. **Q**d oſten  
die christus maxime qñ de templo dei eiecit vendē  
tes ⁊ ementes ac negociatores **J**oā. ii. **V**el dicit: co  
medit me iſte zelus. quia de hoc facto eiectiōis pdi  
ce ſuſme indignati iudei ob hoc occiderūt christū:  
de nullo em̄ tantum doluerunt ſicut de hoc: Ideo  
comederunt. i. deuorare ⁊ totaliter absorbere volu  
erunt eum p mortē illatam ⁊ opprobria exp̄ro  
brantū tibi ceciderunt ſup me. **H**oc eſt: op  
probria illata tibi deo patri ab exp̄obrātibꝫ iudeis  
in hoc q̄ miracula per me facta que nō poterant fi  
eri niſi virtute diuina: ipi nibilo min⁹ demoni attri  
buedane: ut patet **M**ar. xij. et ſic inferebant patri ⁊  
toti trinitati opprobria. **H**ec ceciderunt ſuper me

inquit. quia occaſione miraculorum que christus  
facebat virtute diuina: et p̄cipue in reuſtitutiōe  
Lazari: iudei queſierunt occaſionez moris chriſti  
di. **Q**uid facimus: q̄a bic homo multa ſigna facit  
**S**i dimittimus eum: ſic omnes credent in eū **J**oan.  
xj. **E**t hoc eſt qđ dicit: **L**eciderunt ſuper me. id ē  
ad me ob: uendū morte. **S**icut em̄ lapides piecī a  
machina contra turrim inſragibile: reſiliūt caſen  
tes ſuper domū coniunctam curri. et ſic domū deſ  
truiunt frangendo. **S**ic opprobria iudeorū piecī  
contra deitati virtutem cui nocere non poterant:  
reſiliunt ſuper humanaſtatem christi coniunctam  
deitati ⁊ eā fregerunt ⁊ obruerunt morte. **E**t opē  
rui in ſeiunio animā meā: ⁊ factum ē i op̄  
probrium mihi. **C**hriſtus ieuauit. xl. diebꝫ et  
noctibꝫ. ⁊ tandem diſcurrendo ad p̄dicandū mul  
tioriens ieuauit eſuriendo ⁊ ſiciendo: etiam in cru  
ce poſitus. **E**t ita in ſeiunio multiplici operuit. i. ceſ  
lauit animā. i. potestatē anime. **S**ic exponit **L**assiod.  
**E**t hoc ieuauum factum eſt in opprobriū inquit mi  
hi. quia ppter ea impotente eum extimabane: ⁊ pſez  
quebantur tanq̄ hominē infirmū. **N**am ⁊ diabol⁹  
videns eum ieuauſe. xl. diebus: accessit ⁊ tentauit  
eum: ſuggerendo ut adoraret ipsum: **M**atth. viii.  
quod christus pro opp̄obrio reputauit. Ideo ſtaſ  
tim repulit: dī. **V**ade retro ſathana zc. **E**t posui  
veſtimētum meum cilicium. **D**octores com  
muniter dicunt: q̄ h̄ per veſtimētū cilicū ſignifi  
catur tristitia vel fletus chriſti: et p̄cipue in reuſtitutiōe  
Lazari vbi ch̄: ſleuit **J**oan. xj. eop̄ antiq̄  
tus fletes mortuū: induebat cilicium. **E**t ſic chriſtus  
dicit q̄ posuerit veſtimētū ſuuz cilicū. quia  
ſepe ſleuit ſuper mortuos peccato morbi. qđ ſigni  
fiatum eſt in reuſtitutiōe Lazari p̄dicta. **E**t etiam  
hoc ſignificauit quando ſleuit ſuper ciuitatem bie  
rusalem **L**uc. xix. p̄dicendo ei⁹ futuꝫ excidium. **E**t  
etiam qđo ſleuit in cruce. **P**oſt eam cōueniē  
ter intelligi per cilicium etiamasperitas veſtiū chri  
ſti: ut dicit **L**yra. q̄a cum ch̄: ſi qui quod docebat:  
primū ipſe faciebat **A**c. ſ. legitur reprobaſe mol  
liciem veſtiū **M**atth. xi. di. **E**cce qui mollibus ve  
ſtiuntur in domibꝫ regum ſunt: ſatis appetet q̄  
chriſtusasperis veſtibus veſebatur. **U**nde ⁊ **J**oan.  
xix. dicitur: q̄ eius tunica erat inconsuſtis deſuſper  
zepta p torum. **E**t hoc modo ſiunt veſtes cilicine ⁊  
aspera. **L**et factus ſum illis in parabolā. **H**oc  
eſt in deriſum. quia dicebant de eo: **E**cce homo vo  
raſ ⁊ potator vini: publicanoꝫ ⁊ peccatorꝫ amicus  
**M**atth. xi. **V**el factus ſum illis in parabolā. q̄a  
in parabolis loquens illis: p̄dixi me ab eis occiden  
dū: ut patet qñ ſe grano frumenti mortificando cō  
parauit **J**oā. xij. et etiam qñ filium patrifamilias  
ad agricultas miſſum eſſe dixit: et illi dixerūt: **V**ic  
eſt heres: venite occidiamus eum **M**ar. xpi. **E**t cog  
nouerunt q̄ de ipſis hec diceret. et voluerunt tenere  
eum: ſed timuerunt turbas: ut ibidem bꝫ. **I**duer  
ſum me loquebantur qui ſedebant in poz

ta.] hoc est: in publico ipsi sacerdotes iudeoz p̄tra ch̄m loq̄bant dicētes q̄ re⁹ ē morti. Et etiam isti di cunctur sedentes in porta, quia soliti erant sedere iuxta portā templi ad docendū populi. Et etiā q̄ mo re iudicū antiquoz soliti erant q̄s q̄ sedere in por tis ciuitatū; ut p̄plo de rure ad iudicium veniēti p̄sto essent ad iudicandū: nec illis opus esset ad ciuitatē intrare in causis cōib. Sed in causa sanguinis non poterant ibi iudicare, quia romani sibi retinebant hmoi causas: vic̄z sanguinis. et in me psallebāt qui bibebant vinum. hoc dicit: q̄r in fauore p̄nci p̄i sacerdotū ch̄m occidentū facere fuerunt cantile ne derisorie de crucifixione ch̄ri: veluti de re insolita et notabili solet fieri. Que cantilene decantabant p̄ tabernas in derisum ch̄ri tanq̄s fuisse falsus p̄pbe ta volens regnare et non potens. Hec fm Lx. Qui etiam narrat: q̄ in q̄dam libello hebraico scribit q̄ intitulat Cōdemnatio iudicio. vic̄z q̄ p̄pter verbum Salomonis Prouer. xxxi. dicentis: Date siceram merentib⁹ et vinum his qui amaro sunt anuno. sapientes iudeoz ordinauerant: ut condemnatis ad mortem dare plenus cyphus de vino forti ut magis hilariter sustineret mortē et loco vini christo de derunt acerum. vinum autē iudei acceperūt et biberunt: letantes et cantantes in ch̄ri derisionē. Et ideo dicit b: In me psallebant. scilicet derisorie qui bibebant vinum. Ego ho orationē meam ad te dñe. scilicet dirigo. Tēpus bñplaciti deus. supple nūc ē. vic̄z ut fm bñplaciti tue voluntatis qua sic disponisti hominē liberare per meā passiōem. In multitudine misericordie tue exaudi me. scilicet ut resuicites me celeriter. Nam q̄r ch̄is orabat non solum p̄ seipso resuscitando: sed etiam p̄ suis mēbris multis. scilicet fidelibus saluandis: Ideo perit multitudinē miscōdie. Unde addit Lin veritate salutis tue. i. salutis a te p̄missae p̄p̄etas: ut in veritate impleat. Eripe me de luto ut non infigar. cum supra dixerit: Infixus sum in limo p̄fundī. quod idem est qđ luctu: quō ergo dicit b: Eripe me de luto ut non infigar. Nota fm Lyrā q̄ aliq̄s dicitur infigi in luctum qn̄ cadit ibi: licet cito inde exurgat: et sic christus dicit supra: Infixus sum in limo p̄fundī: eoq̄ mortuus fuit et in terrā sepultus: et anima eius descendit in limbū: ut s̄. dictum est. Sed quia magis p̄p̄ie dicit quis infigi in luctu: quando sic cadit ibi q̄r inde non cito extrahit: Idō h̄ perit ut sic non infigat p̄p̄ie accipiēdo p̄ diutina ibi detentione. ut non infigar inquit. i. ut diut⁹ nō remaneat in luto. i. terre viscerib⁹. sed celeriter resurgam. Libera me ab his qui oderunt me. hoc est: a iudeis: a quorum potestate fuit liberatus totaliter in resurrectione. et de p̄fundis aquaz. i. persecutionū. Nam ut supra dictum fuit: p̄ aquas p̄fēcutiones designant. Ad p̄fundū autē aquaz. i. persecutionum homo deducit quando occidit. Non me demergat tēpestas aque. Superius dicit Et tempestas demersit me: eoq̄ mortuus fuit in

cruce. sed hoc pro tempore b̄: eu. Sic ergo orat Nostri me demergat tempestas aque. i. passionis vel persecutionis iudeorum mortis: non me detineat diu in morte. Et in hoc perit suam resurrectiōem accelerari: sicut prius per alia tamen verba. Quod solet fieri in talibus orationibus quibus idem ex affectu devotionis crebro repetendo perit. Negat absorbeat me p̄fundum. id est: corpus meus in profundo sepulcro non absorbeat. hoc est: non putrefiat vel corrumpatur: nec a vermisbus coriolum absorbeat. Negat virgeat super me puteus os suum. Et dicitur h̄ puteus limbus inferni: ad quē descendit anima christi: ad extrahendū inde patres sanctos. Et sic perit q̄ infernus non virgeat: os suu claudēdo super animā christi ut exire nequiret. sed citius inde redeat ad corpus ut resurrectio compleatur. quod factum fuit tercia die. Consequenter ad id ponit rationem exauditiōis: tam ex parte dei cui proprium est misereri: q̄z ex parte obediētie christi et passionis: q̄z etiam ex parte iudeorum: ut patet Unde dicit Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: fm multitudinem miserationū tuarum respice me. Et patet: quia h̄ allegat misericordiam dei: ut doceat quia omnia bona et omnii orationū exauditiones ex fonte misericordie dei proueniunt hoib⁹ Ideoq̄ orat q̄ fm multitudine miserationū suarum deus pater misercatur per merita passionis christi: multitudini totius generis humani r̄c. Ut ne auertas faciem tuam a puerō tuo. id est: a christo tuo. Quia enim in scriptura nomine pueri designatur sepe seruus valde obediens. et sic christ⁹ dicitur Acc. sūj. sicut etiam hic puer. Cum a puritate innocentie. Cum a virtute obediētie r̄c. quasi d. Non auertas faciem tuam: sed exaudi me propter innocentiam meam et obedientiam. Quoniam tristib⁹: velociter exaudi me. scilicet non differrendo resurrectionem meam. Intende anime mee et libera eam. scilicet educendo ex inferno propter inimicos meos. id est propter iudeos et demones conuincēdos. Eripe me. id est resuscita. ut sic audita resurrectiō mea: obstinati confundantur: et qui conuertendi sunt compungantur: ac ad fidem couerrantur. Tu scis improbum meum. id est: illatum mihi in verbis iniuriosis: ut patet ex predictis et confusionem meam. quia ad modum latronis sum captus et crucifixus inter latrones. et reuerentiam meam. Nota q̄ reuerentia aliquando accipitur pro bono re: et hoc in bono. quia ut dicit philosoph⁹ li. Et h̄ corū Honor est exhibitiō reuerentie in signum virtutis. et non hoc modo accipitur h̄. Sed aliquando accipitur reuerentia pro verecundia illata. Sicut enim irreuerens dicitur intrecedens: Ira verecundiam inferens dicitur quandoq̄ reuerens. Et sic accipitur h̄ reuerentia pro verecundia vel ignorātia illata christo a iudeis in spiritis et colaphis: ut

## Psalmus. LXVIII.

Carius hoc habet in translatione Hieronymi. Sed quare tot nomina quasi idem significatio replicantur, vix improgium: confusio: reverentia: et huiusmodi: **N**on detur quod ad propositum magis exaggerandum: ut dicat Lyra in expositione morali. **I**n conspectu tuo sunt oes qui tribulant me. q.d. tu conspicis oes qui tribulant me: ut punias eos sicut vis. **I**mprogium expectauit cor meum et miseriaria. **H**oc est: cor meum presevit ista: quod vix iudei inferent mihi improgium et miseriaria mortis ignominiosa. et sic semper expectauit hec ventura super me. **O**t sustinui qui simul contristaretur. scilicet compatrio mibz et non fuit. s. aliquis ex tanta multitudine iudeoz et qui consolaretur me. s. in cruce et non inueni. **H**icq; obiectat de discipulis chrii qui fuerunt corr. statim de morte christi et passione: et precipue gloria virgo mater eius et cetera. **R**endet Lyra quod loquitur hunc modum locutus quo dicit nullus adesse ubi pauci sunt respectu. sicut dicitur: Nullus est in ecclesia vel in foro: quod pauci sunt ibi secundum quod deberet vel consueverunt ibi esse. Ita in morte christi: iusti pauci contristati sunt. et ipsi discipuli pauci fuerunt respectu multitudinis iudeoz: cum tamen deberet oes copari ei cui insensibilia copari videbantur. quia sol fuit obscurus: terra mota: petre scissae: monumenta apta et in signum compassionis super morte christi. **O**t dederunt in escam mea fel et in siti mea potauerunt me aceto. **H**ec patenter in euangelio. quia Matth. xxviii. scribit: quod deserunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et Ioh. xix. scribit: quod acetum ei dederunt. **S**ed cum christo feli dederint ad potum: non ad escam: quare dicit: Dederunt in escam fel. **R**endet Lyra. quia fel de natura sua magis erat esibile quam potabile. Ideo noiat ipsum escam: sed in potum sit datum. Tandem predicit iusta dei punitio pro his. de qua subdit. **E**iat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributions et in scandalum. quasi d. Quia ipsis escam dederunt mibi fel et potum acetum: ideo iusto iudicio et eorum mensa in esca et potu fiet ipsis in laqueum. **E**t sic factum est: quia quando iudei conuenerunt in hierusalem ad celebrandum pascale conuicuum (quod non poterat fieri extra hierusalem) tunc a romanis fuit ipsa ciuitas hierusalem obsessa. et sic iudei repente fuerunt circuclisi ibi sicut aqua in laqueo. **E**t hoc etiam fuit in retributions penarum debitarum propter occisionem christi. **E**t in scandalum. s. caddendi de malo in malum. quia passi sunt primo factum in illa obsidione adeo ut milieres comedebant filios proprios: ut dicit Josephus libro de iudaico bello. **E**t ex consequenti passi sunt mortis pestilentiam: et ulterius captionem et occisionem et cetera. **O**bscuratur oculi eorum. s. mentales: videlicet ratio et intellectus. ne videant. s. ne intelligant scripturarum veritatem de christo tanquam obsecrati in infidelitate et dorsum eorum semper incurvata. s. pondere peccatorum supra positionum ad gehennam.

nam deponentium. **E**ffundit super eos iram tuam. i. iusticie vindictam in precenti et furor ire tue comprehendat eos. s. in inferno: ubi rigor iusticie tanquam furor vindictae tenebit eos comprehensos perpetua captiuitate. **E**iat habitatio eorum deserta. quia romani destruxerunt civitates et loca eorum et in tabernaculis eorum non sit quis inhabitet. quia expulsi fuerunt totaliter de iudea et capitiati. **Q**uoniam quem tu percussisti. id est christum quem penalitatibus binius vice exposuisti pro nobis: ipsi persecuti sunt. scilicet occidentem. crudeliter ex malitia et super dolorum vulnerum meorum addiderunt. videlicet ulteriore plectusationem. quia non solum christum in persona propria occiderunt: sed etiam meum a eius: ut Stephanus: Jacobum: et alios christi discipulos et cetera. **A**ppone iniquitatem super iniquitatem eorum. **N**ota enim Lyram quod deus non est causa mali effectiue. vix maius culpe et iniquitatis. sed immodo punitissime. **I**de circa hoc dictum sic exponitur: Appone. i. apponi punitissimes iniquitatem super iniquitatem eorum. id est ut super peccata eorum apponantur vel addantur plurimae aliae subsequenciae peccata. et tandem obstinatio in peccatis et non intrent in iusticiam tuam. scilicet revertendo de culpa ad gratiam. **D**elegantur libra viuentium. scilicet per finalem reprobationem et cum iustis non scribantur. id est non sine particeps salutis: sed dannati. **O**go sum pauper. **H**oc dicit christus. quia in paupercare fuit semper natus: conuersatus: et mortuus et dolens. scilicet in acerbitate crucis. **S**alutis tua deus suscepit me. scilicet resuscitando a morte. **P**ropterea gratias agendo subdit. **L**audabo nomen dei cum cantico. scilicet leticie per salutem meam et membrorum meorum gloriam referendo et magnificabo eum in laude. **N**on est intelligendum quod deo ex laude hominum aliquod accrescat: sed ipsis laudantibus. **O**t placebit deo super vitulum nouellum cornua producentem et vngulas. i. sacrificiorum diuine laudis magis est deo placitum quam sacrificium omne veteris legis in qua offerebat per peccatum virulus unius anni quam iam cuperat cornua producere et vngulas. **N**am etiam in tempore vel leticie sacrificia ex animalibus non erant accepta deo nisi ex deuotioe offerentium. et hoc in figura christi sacrificandi in cruce. **T**empore vero nostro sacrificia talia sunt reprobatam tanquam mortua. sed placet deo in perpetuum sacrificium laudis. **V**ideant paupes et letentur. hoc est christiani humiles et mundana contumelias ut possint perficere sequentes: ipsi videant. i. intelligant: quia virulus nouellus cornua producens et vngulas: sicut et alia sacrificia veteris legis: erant figurativa venturi christi: quod tanquam virulus a patre saginatur per spissitudinem plenissimam per filio prodigo fuit immolatus. **H**ic erat nouellus. quia de morte ad vitam fuit innouatus: cornua producens: vix crucis cornua extenderat. quod inimicos debellavit et vicit: et demones fugando et iugos deos per orbem dispergendo: et a suis fidelibus genuis

bus ac indeis demones effugando ne illos decetero p idolatria colant. **A**t vngulas fissas. i. diuisas christus p duxit: quādo fideles ab infidelib⁹ cultu sacrificij sancte eucharistie ⁊ vere fidei noticia seq̄ cernens diuisit. **H**ic itaq; videant intelligendo figurā istam ⁊ letentur de mutatione cultus corporalis veteris legis in spiritualē noue legis: quā qui liber pauper potest deo exhibere in mente deu⁹ lantando. **I**deoq; o vos pauperes christiani que⁹ ritice deum. scz in fide ⁊ charitate ⁊ viuet anima vestra. scz vita gracie in presenti ⁊ glorie in futuro. **O**m̄ exaudiuit. scz in oratione paupes dominus ⁊ vincos suos. i. sacerdos patres in limbo detentos ⁊ non despexit. sed in christi resurrectione eduxit: vel etiam vincos in presenti p fide christi martyres nō despicit sed diligit. **L**audent illum. i. deum. **C**eli ⁊ terra. id est. clues celestes. i. angeli. et homines in terra habitantes. **I**mare ⁊ omnia reptilia in eis. **D**oc⁹ dicit. Nō quia talia irrationalia deum laudent proprietate. sed quia sunt hominibus materia divine laudis qui deum laudant ex suis creaturis. **O**m̄ deus salvum faciet sion. quod interpretat⁹ speculario. ⁊ sic significat ecclesiam p̄cipue celestem seu triumphantem que speculat deum facie ad faciem. quaz deus saluam fecit eterna salutem ⁊ edificabuntur ciuitates iudei. **C**iuitas dicitur quasi ciuitatum unitas: que in celo est per summā charitatem. **I**deo bene dicit ciuitas dei celestis. **H**eb. xii. Acq; cessistis ad sion montem ⁊ ciuitatem dei viuentis hierusalem celestem ⁊ multoz milium angelorum frequentia. **J**udas autem interpretat⁹ confessio ⁊ c. **S**ensus est. q; edificabunt. q; ex hominibus repabantur ciuitates iudei. i. confitentium deum confessione clare noticie ⁊ laudis ppetue. hoc est: angelorum ruine. que dicuntur ciuitates in pli. quia in diversis ordinib⁹ ⁊ choroz angelorum sicut reparatio rui⁹ ne eoz ex hominib⁹. **A**t inhabitabunt ibi. i. in choroz angelorum inhabitabit sancti homines a sumptu illuc ⁊ hereditate adquirunt eam. **V**ic⁹ sion celestem patriam. hoc est. sic eam adquirunt vel posidebunt tanq; iure hereditario. quia in ppetuum non auferetur ab eis. sed veluti hereditas ppetuo tenebitur immobiliter. eo q; in semine Abram. i. in christo re promissa est benedictio celestis glorie. sicut iudeis sic ⁊ gentibus credentib⁹. **T**ure hereditario. hoc est tanq; fili⁹ dei spiritualibus. **A**t semen seruorum eius. **P**er semen spiritualiter acceptum fili⁹ spirituale s accipiunt. p sem: n doctrine fidei adquisiti. per seruos dei. i. discipulos ⁊ predicatores christi. **A**t sic est sensus. **S**emen. i. fili⁹ spirituales seruoz eius. i. apostolorum ⁊ predicatoroz christi imitatores in fide ⁊ morib⁹: **I**sti possidebunt eam. scilicet celestem sion vel priam ⁊ q; diligunt nomine eius. id est chri⁹ ⁊ ecclie habitabunt in ea. **N**ā in celesti patria est pfectissima charitas. ⁊ gradus mansionū

distinguuntur fin gradus charitatis q; quisq; meruit premium celeste.

**D**eum meum rē. **I**n hoc psalmo David docet ut in omni tentatione in solo deo cōfidat⁹ mus ⁊ ipsum inuocemus ad adiuuanduz ⁊ in ipso gloriemur. **N**ocandū ast est circa istum psalmū fin lyrā: q; David in spūscrd̄ puidit q; pncipiū huius psalmi esset in ecclesia dei ad recordandū ⁊ posnendū p initio oīm ho: ar̄ canonica. p. sicut videm⁹ implerū. **I**deoq; pphērando de futuro: pmissit hic psalmo tālē tūculū hebreo. **A**d victoriā daniel ad recordandū. **E**t hoc pruenienter ecclesia instituit in stincu spūssanci: ut oīs hora canonica p hunc versus inchoet. q; hic vsus est maxime virtutis ⁊ utilitatis. sicut Cassian⁹ li. coll. docet dī. sic. **U**nusq; monachus ad iugē dei memorā redens: incessabili cordis voluntē debet meditari hūc vīculū: **D**e⁹ in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuvādū meū festina. q; de coro scripturar̄ excerptus est instrumento. **R**ecipit em̄ oīs affect⁹ q; cunq; hūane ifserri possunt nature: ⁊ ad omnē statum ⁊ vniuersos cursus cōpenter. **N**am si gule passione pstringas: dicendū est mihi: deus in adiutoriū meū intende rē. **S**i volente me insistere lectioni: interpellās capitis dolor: p̄ biber: hora q; cōtra faciem meā somn⁹ alludit: ad sah crām paginā clamandū est: **D**eus in adiutoriū meū meū intende. **S**i in somnis de nocte sū vic⁹ op pressus: clamabo. **D**e⁹ in adiutoriū meū intēde. **N**ūc versiculū meditanti tibi somn⁹ irrepat: hic tibi exp̄ gefacto hūmus occurrat. iste vigilat⁹ cogitationes vniuersas dissipet. **N**ec Cassia. Itaq; David in persona anime fidelis posite in angustijs vel periculū disuīnum auxiliū exorando dicit **D**eus in adiutoriū meū intēde. i. vt tuo auxilio preualeam: omnes inimicos spūales. i. demones ⁊ eriaz hostes visibles denincendo. **D**ñe ad adiuvādū meū festina. i. celiter succurre mihi auxilio miseri cordie tue. quia si tardaueris grauia īcidam p̄ cūla. festina ergo in omni pīculo ⁊ tentatiōe ad adiuuandū me. **C**onfundantur ⁊ reuereantur tanq; deuicti per me ex tuo auxilio. **Q**ui querunt animā meam. i. rapere ⁊ pdere per peccatu⁹ ut demones. vel auferre de corpore p occisiōem ut p̄secutores. **D**rat aut̄ sic optando psecutorib⁹ p̄fusione: non zelo vindicte sed diuine iusticie. **A**uertantur retrosum. i. a. pposito ut non valeant p̄fice re intentum suū malū ⁊ erubescant. scz de suis malicijs confusi. **V**el: erubescant penitēdo de pecatib⁹: ⁊ ab eis auertantur retrosum cōuertendo se ad chīm. qui volunt mihi mala. i. cū sim innozens volūt mihi morte. **S**icuti fecerūt ⁊ chīo dñō

## Psalmus. LXX.

capti omnū si delium. Auertatur statim eru  
bescetes qui discunt mihi euge euge. hoc ē:  
auertant a pposito malo statim. i. quanto velocius  
erubescentes in vera penitentia de malis suis. Tel  
saltē confusi de hoc q̄ non potuerunt implere su  
um ppositum in me: sed victi sunt per me ex dei gra  
tia. et sic erubescentes auertantur ipsi qui dicunt mi  
hi: euge euge. id est gaude gaude: vel bene bene: irri  
sue. Nam euge euge interiecio est gaudentis vel  
applaudentis. et h̄ accipitur in malo irrisione inde  
bita. ac si diceret irrisorie: Euge euge: bene bene: vel  
gaude gaude. quia deus tuus non potest te libera  
re. Et letentur in te omnes qui q̄runt te. scilicet deum pleno corde et opere. et dicant semp  
magnificetur dominus. id est: magnifice lau  
detur. Qui diligunt salutare tuum. id ē chri  
stum salvatorem hominū a te missum. Ego ho  
scilicet fidelis anima christiana vel fidelius ecclesia  
et ei⁹ populus Legenus et paup sum. Tum q̄a  
pro christo paupertatem et mundi contemptum ele  
gi. Tu quia egens sum gratia dei et paup in recog  
noscendo meipm vic⁹. quia nil boni habeo ex meis  
ps⁹. gl̄ deus adiuua me. s. p̄ gram tuā speciale.  
Aduitor meus. in bonis et liberator meus  
es tu. s. a periculis imminentib⁹. Deus meus  
ne moreris. i. ne differas me liberare: saltez p̄ca  
nendo a peccatis in tentatione.

## Psalmus. lxx.

**E**ntra domine spera  
ui tē. In hoc psalmo David moneret te to  
tam spem in deo ponamus: et in tribulatiō  
ad eum recurramus: ac pro liberatione gratias ei⁹  
dem referam⁹. Unde in persona iusti loquens dicit:  
In te dñe spaui: non cōfundar in extremo. id est finali in extremo iudicio: ubi cōfundi summa  
pena ē et eterna. in iusticia tua libera me et eri  
pe me. q. d. Libi iusto deo p̄ priū est boiū iustus  
liberare et erige ex tue iusticie equitare. Inclia ad  
me aurē tuam. s. exaudiendo dep̄cantē et sal  
ua me. Osto mihi in deū p̄tectorē et in lo  
cū manū. q. d. Non possum ex me saluari nisi  
per te in te. Nec aliqua munitio v̄l p̄tectio valer mi  
bi sine te. ideo tu mihi sis p̄tector et locus munitus  
ut saluū me facias. Quoniam firmamētū  
meū et refugīū meū es tu. s. in omni tribula  
tione. Omnia ista ostendit q̄ David totam fidu  
ciam habebat in deo. et sic debet quilibet iust⁹ habe  
re ut mereat a deo iuuari. Nam p̄ priū est magnifi  
ci iuuare cōfidentē in se. Deus meus eripe me  
d manu p̄toris. i. de p̄tate diaboli: qui absolu  
te d̄ peccator: quia obstinatus est in malo. et d̄ ma  
nu contra legē agentis. i. transgressoris iusti  
cie: que dicitat innocentem non persequi. et iniq̄

i. infidelis vel pagani. Qm̄ tu es patientia  
mea domine. s. effectiue. q̄ tu patientiam p̄ es  
tas mibi in tribulatiō dñe spes mea a iuuē  
tute mea. q. d. Semper et in omnib⁹ speravi in te.  
In te cōfirmatus sum ex utero de ventre  
matris mee: tu es p̄tector meus. Ex hoc nō  
est intelligendū q̄ Paulus fuerit sanctificat⁹ in utero  
matris sue. sed hoc dicit. q̄ in utero matris sue  
fuit a deo p̄tectus. sine qua vice p̄tectione nō fuisti  
set de utero matris natus. Unde et in translatione  
Hieronymi habet. Te sustentatus sum ex utero.  
et sic cōfirmatus fuit. q̄ de die in diem p̄tectus sus  
tentatus in utero materno usq; quo nascere. 367  
q̄ subdit. De utero matris mee tu es p̄tector me⁹.  
id est. ab hora nativitatis mee usq; nūc tu es p̄t  
ector meus. q. d. Nisi tu sustentasses in utero mīs  
mee p̄jssim sicut abortiuus. Etsi ab hora nativita  
tis nō p̄cessisses usq; modo non essem sed p̄ te est q̄  
nō perh̄ et sum: ac p̄maneo q̄dū ero. Nā et Grego.  
in homelia epiphanie dicit. Ut̄a hominis solus q̄  
cōdedit gubernat usq; in finem. In te cantatio  
mea semper. sc̄ te deuote laudādo. q. d. Id  
circo exaudi me. q̄ ad te deum p̄tinet audire ora  
tiones deuotorum te laudantiū tanq̄ pdigiu⁹  
factus sum multis. Puit em multum lauda  
bile et multis admirabile tanq̄ prodigium q̄ vice  
David adhuc iuuenis leonem et v̄rsum suffocauit  
et Goliām gigantem fortissimū in funda et lapide  
debellauit. ut habetur. i. Regū. xvij. Et spiritualiter  
per David figuratur christianus quilibet iustus  
quē deus ab utero matris sue p̄terit et elegit. Pro  
pter qđ debet semper canere deo laudes gratias agē  
do. Et talis tanq̄ pdigium fact⁹ est multis. q̄ in  
exemplum imitationis et admirationis positus in  
eo q̄ p̄ amore dei et temp̄is terrena p̄spēra non cu  
rat. In p̄secutionibus p̄seuerat tē. et tu adiutor  
fortis. q. d. Tu fecisti ista p̄ me. et nō ego p̄pria vir  
tute p̄trea ut debitas gratias agere tibi valeam  
oro ut repleatur os meum laude. sc̄ pro ben  
eficijs tuis gratias exoluendo. ut cantem glo  
riam tuam: tota die magnitudinē tuam.  
Hoc dicit David. quia in psalmis compositis a  
se: deum tota vita magnificauit. Et iustus homo  
christianus debet tota vita deum laudare psallens  
do et gratias agendo vel saltē orando temporis  
bus debitibus tē. Ne p̄oijcas me in tēpore se  
nectutis: cū defecerit virtus mea ne dēre  
linquas me. i. tpe senectutis et defectibilitatis  
mee non subtrahas a me auxiliū virtutis tue sed  
adiuua me ad p̄seuerandum in bono. quia qui per  
seuerauerit in finem hic saluus erit. Matth. xijij  
Quia dixerunt inimici mei mihi. s. mala  
exprobriādo et qui custodiebant animā meā  
am. s. obseruando ut auferrent eam de corpore  
occidē. cōsilium fecerunt in vñū. i. coue  
nerunt in vnam voluntate nocendi sicut et christo  
fecerunt iudicis et fidelibus p̄secutores. Quemadmo